

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

M.Ioanni Marcello Regiomontano, S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Martino Ruellio S. D.

Gaudeo tibi meas literas gratas & iucundas esse. Nulli enim magis talibus adhortationibus delectantur, quàm hi qui sua sponte ad uirtutem colendam incitati sunt. Ideo spero te quoque natura ad uirtutem colendam duci. Dabis igitur operam, ut quò te uocat natura tua, & patris uiri optimi auctoritas, et præceptorum monita, magno studio optimas artes & uirtutis doctrinam discas. Tuae literæ fuerunt mihi gratissimæ: tibiq; persuadeas uolo, gratum te mihi esse facturum, si ad me sepius scripseris: & ut spero, remunerabor te, ut ait Hesiodus, eadem mensura, atq; etiam uberiore. Bene uale. Mense Iulio, Anno 1533.

M. Ioanni Marcello Regiomontano, S. D.

Si uita humana tantum humanis consilijs regeretur, perissee funditus & Ecclesiam & politias existimarem in hac parricidali gigantomachia. Sed non dubito Deum seruaturum esse reliquias sue Ecclesie. Hac nos cõsolatione sustentemus; quam cum uigilans assidue cogitem, fortassis & dormienti somnia eam cogitationem offerunt. Mito tibi uersus de somnio. Non est fictum argumentum: sed ego poeta sum penè ut tu, qui non tam illustrem picturam uersibus pingere possum, ut illa erat. Erat enim
mens

mens plena smaragdino nitore, & crux rutilans auro. Leges amicis doctori Iona & D. Chiliano, s̄ adhuc adsunt: & dices eis, me literas ipsorum, his quibus inscriptæ fuerunt, per homines, quorum fides mihi probata fuit, misisse. In Epiphanijs, Anno 1547.

Optimo uiro D. Guilhelmo Reif-
fenstein S. D.

Academia nostra dedit pecuniam huic D. N. Li
centiatio Iuris: & addidit mandata, ut soluat uobis totam summam, quam pro poculis dedistis. Nescie-
bamus enim, quali empta erant. Rogamus autem, ne uobis molestum sit, quod pro auro mittimus Ioa-
chimicos. Intelleximus enim, uos Francofordiæ de auro soluisse. Sed auri tantum nō habebat hoc tem-
pore nostrum ærariū. Verū sic petimus uos Ioa-
chimicos accipere, ut sine uestro damno fiat. Ego me ipsum sperabam uenturū esse Lipsiam: sed sum hic obligatus, propter editionem Apologiæ. Rogo igitur ut paucissimis uerbis rescribatur, et precium poculorum significetis, & si quid præterea ad rem pertineat. Bene uale.

Erasmo Ebnero S. D.

Dedi has ad te literas nullam aliam ob causam, nisi ut te ad scribendum prouocarem. hoc igitur ge-
nere

Ex cod. Hamb. N. 10. 1. 1. 1.

J. Ricarto.